



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXVII. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Lebus das Dorf Mahlisch, am 1. November 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

attinentiis iusto proprietatis titulo possidendam quiete temporum curibus sempiternis, Reponentes prefatam villam cum expressis attinentiis ad possessionem predictae ecclesiae, ex nunc omne jus, quod nobis aut nostris aut dicti Marchionis successoribus competit aut competere posset, in ipsa presenti litera et voce expressa abnegantes. Pro predicta villa et ejus proprietate predicta Lubucensis ecclesia nobis dedit trecentas et quinquaginta Marcas argenti Brandenburg, et ponderis, super quibus ipsam liberam et solutam nuntiaimus, presentibus nobili Domino Burchardo, Comite de Lyndow, Ludekone et Haffone et Wedegone de Wedel, Petfone de Loffow, Henrico de Clepzych, militibus nostris, et multis aliis fide dignis. Ut autem premissa venditio et donatio vigorem obtineat sempiternam, ipsam confirmavimus et auctorizavimus presentibus nostrum sigillum aponentes. Actum et datum in Brunneken prope Soldin, anno domini M^o. trecentesimo octavo, pridie Non. Aprilis.

Nach Gercken's Codex IV, 571.

XXVII. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Lebus das Dorf Malthzsch,
am 1. November 1308.

In nomine Domini Amen. Actus humanos quos vitiosa destruit oblitio sola fantasmalis memoria sub propriis speciebus innovat et reformat. Inde est quod presens scriptum ad cognitionem hominum perveniat sempiternam, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, presentium protestamur dictamine literarum, quod cum deliberatione examinata vassallorum nostrorum de villa dicta Malthz, quam Episcopus Lubucensis et ecclesia per commutationem aliorum bonorum factam pro illa, a Johanne iudice Frankenuordenfi et filiis Liphardi, civibus ibidem, comparavit et rationabiliter emit, dedimus et presentibus damus literis proprietatem cum iudiciis, fructibus, precaria et seruitio vecture et alio quolibet sub antiquis terminis attinentiis metis consuetis, cum omni libertate et iure infinito et sempiterno tempore cum pace et tranquillitate optinendam. Abnegantes etiam omne ius pristino tempore in dicta villa habitum, aut per nos aut nostros heredes seu successores habendum in futuro. Pro premissa proprietate Lubucensis ecclesia congrue et complete nobis persolvit quingentas et quinquaginta Marcas Brandenb. argenti et ponderis, prout notum est Frederico de Aluensleue, Droyfekino, Hensfekino de Groben et Domino Slotekino cum militibus antedictis. Ne autem hec donacio alicuius fraude reddatur inanis, presens scriptum nostro sigillo dedimus communitum. Datum in curia Breden, anno domini millesimo CCC^o. VIII^o., Kal. Nouemb.

Nach dem Abdrucke in Gercken's Codex VI, 545.